

Comment. In Danielem

Eodem modo accipitur cap. 27. vbi Ifaac dixit Esau: Affer, vt comedam, & benedicit tibi anima mea. Et benedixit Iacob, & postea Esau. Sed benedictio Iacob Deo ira disponente incipit à prosperitate cœli & terræ, benedictio autem Esau è contrario à prosperitate terræ & cœli. Electi enim præterunt cœlum terræ, improbi verò terram cœlo. Mulier illa sancta amicta

Apo. 12. Sole, quam vidit Ioannes capite 12. Apocalypsis, in capite habebat stellas, quibus cœlestia intelliguntur, sub pedibus autem Lunam ob eius mutationes inconstantē, qua terrena significatur. Contra verò qui se sceleribus contaminant, stellas sub pedibus, Lunam super caput imponunt. At benedictiones illæ fuerunt rerum secundarum preces. Eodem modo Iosue

Ios. 24. 21. Benedixit eis Iosue, & dimisit eos. Et **Ro. 12.** 21. Benedicite, inquit, persequentibus vos. Si verò benedicere refertur ad homines erga Deum, idem est quod laudare, gratias agere, hymnis, & laudibus nomen eius celebrare: vt hymno trium puerorum cap. 3. Danielis mandato: Benedicite omnia opera domini domino, laudate, & superexaltate eum in scula. Et **Psal. 33.** Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore

Dan. 3. meo. Et **Psal. 102.** Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Schemate linguæ Hebrææ retributiones appellabat Dauid beneficia, quæ Deus in illum contulerat, pro quibus ei gratias agebat, celebrās hoc hymno suavissimo immensam eius erga ipsum clementiam. In hunc modum accipitur hoc Danielis loco, vbi voluit diuinus noster vates gratum animum erga Deum ostendere, memorēque se accepti beneficii præbere. Quoniam Aegyptij fuerāt in Ioseph ingrati, qui in eos immortalia contulerat beneficia, voluit Deus, vt in mari Rubro perirēt: & tumulus ille frigidus & iniquus qui eorum corpora coniebat, eorū etiam gloriam obrueret. Quemadmodū Luna accipit lumen à Sole, & ipsa eum obscurat, & eclipat: sic ingratus eum, à quo beneficiis cumulatus fuit, odio profectur, eius nomini splendorem eripiēs,

Exo. 1. ingrati, qui in eos immortalia contulerat beneficia, voluit Deus, vt in mari Rubro perirēt: & tumulus ille frigidus & iniquus qui eorum corpora coniebat, eorū etiam gloriam obrueret. Quemadmodū Luna accipit lumen à Sole, & ipsa eum obscurat, & eclipat: sic ingratus eum, à quo beneficiis cumulatus fuit, odio profectur, eius nomini splendorem eripiēs,

Similitudo.

& tenebras obsundens. Pessilēces sine dubitatione sunt homines ingrati: qui in eos, quos deberent laudibus celebrare, & relatis gratiis ingenti obseruantia colere, ventos excitant, inuidiamque conflant, eos maledictis vulnerantes, & odio prosequentes. Et quamuis esse nulla inferant detrimenta, nonne scelus est nefarium esse beneficiorum acceptorū penitus immemores? Vt sturni cateruatim volantes tendunt in oliueta, vbi eorum fructu aluntur: sed finitis & consumptis oleis ipsi statim discedunt, & oliueta relinquunt, eorum oblici quorum pabulo fuerant sustentati: sic ingrati homines dum ope fauoreque aliquorum egent, eos vident, & obseruant: & acceptis optatis muneribus, quorum memoria illis statim excidit ex animo, recedunt, eosque quos perpetua obseruantia deberent venerari, contemnant, & asperrantur. Volens Apostolus capite tertio posterioris ad Timotheum offendere, fore, vt homines essent perditissimi, ait: Erunt ingrati, scælesti, sine affectione. Malum medicum, quod à nonnullis appellatur aurantia, à Lusitanis Lantania, defertur honorificè ad mēsam magnatis, vt eius succo nonnulli cibi condiantur: extra succo proicitur in solum: Similimè multi cum succū habent, cum prosperè vitam degunt, magni æstimantur: at vbi carent succo, postquam in calamitates incidūt, etiam ab his in quos beneficia contulerant, deiciuntur, & pro nihilo putantur. Vide ingratorum hominum impietate. Si erga homines sumus gratum animum ostenturi, quanto magis erga Deum? Qui Dei beneficiorum obliuiscitur, non solum ingratus, quod ipsum graue est, sed etiam impius appellatur. Id intuens animo Apostolus capite quinto ad Ephesios: Gratias, inquit, agentes semper pro omnibus. Et tertio ad Colossenses: Grati estote. Et quinto prioris ad Thessalonicenses: In omnibus gratias agite. Id quod Danielem fecisse hoc eius loco videmus.

Sit nomen domini benedictum. Hoc est honorificè prædicetur. Verba sunt ex **Psal. Ps. 110.** mo 110. delumpta.

Similitudo.

2. Tim. 3

Similitudo.

Eph. 5. Colo. 3.

j. The. 5.